# DE FALLACI
# OCIMASIA PULMONUM
# HYDROSTATICA.

---

*DISSERTATIO*

AUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS

PRO SUMMIS

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS

LEGITIME IMPETRANDIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

*HEOD. GODOF. KLOKOW*

SCHIRWINDTO-LITHUANUS

XXVIII. M. NOVEMBRIS A. MDCCCXXI.

H. L. Q. S.

---

OPPONENTIBUS

*J. Betschler Med. Doct.*
*F. Branco Med. Dd.*
*O. Reichel Med. Stud.*

---

BEROLINI.

PIS IOANNIS FRIDERICI STARCKII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO MERITISSIMO
EXPERIENTISSIMO

# .EXANDRO KLUGE

USQUE MEDICINAE DOCTORI, PROFESSORI
NIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI ETC.

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

UT

UAM GRATISSIMAE MENTIS TESSERAM

D. D. D.

AUCTOR.

# Prooemium.

Insignis illa, quae medici est in foro auctoritas, um ab ejus judicio sententiaque plus semel pen- leat a culpa liberatio et damnatio, honor et ig- ıominia, vita et mors, jam illa, inquam, auctori- as maxime cautum atque diligentem reddere de- ›eret medicum, nisi insuper humanitas et religio psa summo jure ab eo expostularet, ut curam ›mnem et sedulitatem ponat in accuratius inda- ;andis et statuendis principiis, quae possint adhi- ›eri ad dijudicandos casus ambiguos. Quod qui- lem medici munus rem non minoris certe gravi- atis quam laboris et difficultatis esse, haud facile uisquam infitias ibit, qui prae aliis respicit ex- uisitionem, quam proposui de infantibus neo- atis mortuis, in qua ejus est, destinare, an mor- ıi illi infantis jam a matre mortui sint editi el post partum legitimum extincti. Si nempe vincitur, foetum jam ante partum non vixisse, uspicio violentiae et homicidii tollitur, et mater rimine liberatur. Per seculum jam sesquialte- ım ad hocce problema solvendum experimentum, ocimasia pulmonum hydrostatica vulgo no- ıinatum, primo solum, postea aliis similibus haenomenis conjunctum instituentes medici si- num certissimum et gravissimum esse censue- ınt. Cujus rei resolutio, quae non solum sci- ıtiae sed toti juri et humanitati maximi mo- enti esset, quamvis in factis posita, usque ad ho- ernum diem illustrari non potuit. Non equidem ıud inscius sum, ad tantam litem derimendam aturius judicium et solidissimam Medicarum

scientiam requiri, quibus, cum virium mearum imbecillitatem satis perspiciam, me adhuc egere fateri non erubescam; neque me fugit, hancce materiam jam gravissimos viros suis ratiociniis atque laboribus iterum iterumque explorasse, neminem autem tanta felicitate hactenus exstitisse qui remotis omnibus difficultatibus, sententiam sufficientem praeberet, ut ita egomet ipse diu incertus haesitaverim, an me eam eligere conveniat; tamen, ut mori consueto ad summos in medicina ac chirurgia honores impetrandos dissertationem conscribendam, eoque ipso commilitonibus occasionem disputandi suppeditandam satisfaciam hocce thema evolvi, et pro viribus disquisitiones et observationes Eruditorum colligere, simulque cogitata adjicere studui. Absit autem a me temeritas ut in re, qua illi haerent, audax Archimedis ἕυρηκα clamarem. —

---

## §. 1.

Pulmonum docimasia hydrostatica illis ex anatomia et physiologia notis pulmonum phaenomenis et mutationibus, respiratione productis nititur. Quamdiu infans in matre aqua et tunicis circumcluditur, non respirat, ejusque pulmones solummodo quantum sanguinis ad nutritionem et incrementum consumitur, excipiunt; nec totam undam, ut in respirantibus pulmones percurrentem in iis oxydari necesse est, cum maxima pars hujusce laticis in foetu aliis viis e corde ad corpus traducatur. Omnis sanguis, in respirante e corde dextro ad pulmones tendens, ex iis demum cor sinistrum intrat, apud foetum autem statim ex illo per foramen ovale hoc subit, unde totum corpus adit; et vel minima illa sanguinis pars, quae ex anteriore atrio ad ventriculum anterius venit, per ductum arteriosum Botalli, ab arteria pulmonali aortam petentem, pulmonibus paene

ota subducitur. Pulmones igitur et totam pe-
oris cavi formam in foetu non respirante ab iis
i adulto, in quo respiratione extenduntur, valde
ifferre oportet. In foetu non respirante totum
ioracis cavum planum, diaphragma superne con-
exum est, pulmones tenelli et ad dorsi verte-
ras collapsi non solum pericardium non tegunt,
ed etiam exiguum tantum thoracis cavi partem
xplent, colorem habent purpureum, cum dissecan-
ır, nec aura nec sanguine repleti inveniuntur,
ıbsantia sunt densa, et magis ponderosi, ita ut
ı aquam immersi, fundum petant. Primum,
uod foetus, nuperus nunc aeris hospes, agit,
st spiritum ducere: dilatat ergo pulmonem,
ım pulmone etiam arterias venasque pulmo-
ales, quo et influxus sanguinis augetur. Hoc
rimum respirationis initium causa est ut vasa
oetui propria celeriter nunc mutentur: rami
nim pulmonales, quindecies per horam distenti
compressi novam nacti machinam, per quam
nguis puero inspiranti, facilius pulmonem sube-
, exspiranti celerius ad cor sinistrum veniat, magis
andescunt, difficilius ergo sanguis ex ventriculo
extro in ductum arteriosum venit, quam prius.
uo accedit, ut sanguis per aortam cum impetu ex-
it, arcum elevet, et canalem arteriosum arctet [1])
ımque contra arteriam pulmonalem et complicet
excaecet. Foramen ovale etiam mox coalescit,
inus cedit valvula, media inter aequales poten-
as suspensa, quia sanguis e pulmonibus redux
us resistit a sinistra parte, abprimitur magis ad
tistentem Isthmum, et liber olim meatus arcta-
r. [2]) Quando aer infantis semel pulmones
nplevit, nunquam omnis egreditur, sed aliquan-
la portio in cellulis pulmonum semper residet,
ıa sensim sensimque eorum volumen ita auge-
r, ut totum cavum thoracis expleant, tegantque

---

1) Senac du coeur. pag. 411.
2) Halleri Elementa physiol. Tom. 8. Lib. 30. pag 3 et sq.

pericardium. Nunc pulmones, quamvis majorem partem sanguinis continentes, tamen, quippe qui saepissime aëre impleti colorem pallidum exhibent, substantia non amplius densi sed leviores ita ut superficiei aquae supernatent; quin si dissecantur, aër cum strepitu ex cellulis et e vasis latex spumosus et sanguineus proruit. Quibus inter pulmones infantum respirantium et nondum respirantium differentiis freti, jam dudum medici docimasiam pulmonum hydrostaticam instituerunt attamen ante omnia ponderis specifici pulmonum rationem habuerunt, scrutantes utrum in aqua fundum petant, an supernatent.

§. 2.

Neque Galenus [1]) inter pulmones foetus ante partum et post partum multum interesse nescivit neque ut Thomas Bartholini narrat, anno 1663 anatomici docimasiae pulmonum phaenomenorum ignari fuerunt, [2]) tamen demum anno 1682 in foro instituta est. [3])

Medicos jam tunc temporis, quod ad explicationem phaenomenorum et facti ipsius pertinet dissensisse, jam inde patet, quod facultas Medica Lipsiae et Francofurthi in illo a D. Schreyer [4]) memorato casu discrepabant, et etiam Juris Consulti ejus judicia rata esse, negabant. [5]) Facultas Wit-

---

1) de usu partium Lib. XV. Cap. VI.

2) Daniel. Comment. de infant. nuper nator. umbilico et pulmonibus. Halae 1780. De respirat. sect. I. pag. 94.

3) Valentini. Corp. Juris medico-legalis. Pandect. Port. II. Sect VIII. Cap. IX.

4) Dr. Schreyers *Erörterung und Erklärung der Frage, ob es ein gewisses Zeichen, wenn eines todten Kindes Lunge im Wasser untersinke, daſs solches im Mutterleibe gestorben sey.* Zeitz 1690.

5) „Vix autem in foro experimentum pulmonum institutum fuit, idemque ob medicorum dissensum factum est: — — hinc tarde pulmonum docimasia in foro adhibita est." Daniel l. c. pag. 103.

ebergensis Medica anno 1684 jam docimasiam pulmonum unicum argumentum esse infantes vixisse, si pulmones supernatent, si vero submergantur hoc non utique docere, infantes non vixisse, statuit, quia interdum evenit, ut neonatus certis sub conditionibus, etiam si spiritum non ducat, vivere tamen possit. [1])

Overkamp imo contendit (a. 1690) infantis etiam mortui editi pulmones natare posse, si in partu animum hausiverit, et priusquam natus sit mortem obierit, ad quod confirmandum quatuor exempla affert. [2]) Maxime autem fidem hujus docimasiae Bohn praeclarus (1700) in dubium vocavit. [3]) Is enim: „Neque pulmones infantis recens nati in aqua natantes, neque in aqua subsidentes vitae post vel mortis ante partum certos et fidos esse praecones et testes!" utique pronuntiavit, etenim

I. Pulmones, vita post partum nulla existente, specifice leviores aquae innabunt, si 1, infantis, morte in sinu materno jam anticipata, pulmones ex industria matris aut alius inflati fuerint; ad quod probandum non solum observationes proprias et aliorum, sed etiam praecipue casum forensem adduxit, quo obstetrix infantem mortuum in lucem editum aëre inflato animare studens, effecerat, ut pulmones in aqua supernatarent. 2, si in partu longo et laborioso involucris laesis infans, utero adhuc inclusus, aut solo capite apparens, aërem per vaginam ad os uteri penetrantem hauserit, sed tamen partu nondum finitio animam exspiraverit. Quod quidem factum praeter causas theoreticas praecipue in Overkamp experientia nititur. 3, putredine jam orta, totum experimentum incertum redditur.

II. Pulmones, vita infantis post partum su-

---

1) Daniel. l. c. pag. 104. 105.

2) Oeconomia animal. p. 171. 268. Daniel. l. c. p. 101.

3) De renunciatione vulnerum. Lipsiae 1711. 4. Signa vivi et mortui nati. pag. 173 et *sq.*

perstite, specifice graviores fundum nihilo minus in aqua petent, si 1, infans in laboribus partus debilitatus et ita lipothymicus seu asphycticus per aliquot tempus vixerit, ast sub irritis respirandi conatibus occuberit, 2, si infans, umbilico prolapso injuria illata, interfectus sit. 3, si respiratio tantum incompleta praegressa sit, ut nonnullae portiones natarent, alii aqua submergerentur. Hic historiam infantis, de quo patebat, eum vixisse cujus tamen pulmones fundum in aqua petiisse, narrat. His argumentis fretus testatur jam Bohn, docimasiam pulmonum, aliis sufficientibus indiciis non adjunctis, judicium decisivum per se dare non posse.

§. 3.

Non mirum igitur est, facultatem Marburgensem [1]) Medicam docimasiam pulmonum plane rejecisse, et Giessensem eam adeo in casu forensi infanticidii non instituisse, [2]) Leyser etiam (1740) haecce scripsisse: „Ab initio medici magnifice de artificio singulari, quod supra captum nostrum sit, quodque *die Lungenprobe* appellant, loquuntur — Hanc conjuncturam multis infallibilem videri perhibent, sed tamen multos etiam celeberrimos medicos eum flocci facere, et videre fatentur, ac tandem argumentum hoc, si non omnino certum, tamen non prorsus spernendum esse, ajunt. Istius modi ambiguis medicorum responsis homines immolare non audemus, quia nec tormenta ex iis semper decernimus, sed reas non nunquam ad jurandum saltem adigimus, inprimis quando ex circumstantia aliqua infantem non vixisse, probabile est. —" [3])

---

1) Valentini. Pandect. med. leg. Part. II. Sect. VII. cas. 9.

2) Ejusdem Novell. med. leg. cas. XLVII.

3) Medit. ad Pandect. vol. IX. Lipsiae 1740. 4. p. 705.

Quae quidem res tot tantisque repugnantiis distenta permultis gravior visa est, quam quae diutius indagatione diligentiori possit carere. Ob id ipsum in dies studium ejus majora cepit incrementa, viris peritissimis clarissimisque sensu strenuo commotis; maxime cordi fuit, e quibus inprimis nominandi veniunt: Büttner, Morgagni, Hebenstreit, P. Camper, Haller, Jaeger, Röderer, Wrisberg, Daniel, Ploucquet, Meckel, Loder, Buchholz, Metzger, Pyl, Roose, Knape, Henke, Osiander et alii, quorum exactissimis studiis haud contemnendam lucis et explorationis copiam debemus. Cum vero sibi nostris temporibus satis persuasum haberent medici, pulmones vel nantes vel subsidentes certa fidaque documenta suppeditare non posse, reliquum quoque pulmonum et ipsius thoracis statum, qui respiratione valde mutatur, submiserunt explorationi; quae quidem a Metzger [1]) et Roose [2]) nomen „*Athemprobe*" tulit, defensores acerrimos fortissimosque nacta a longe plurimis et celeberrimis medicis quam longissime dubio abesse, credita est. [3]) Nihilo secius tamen jam iis, quae Ploucquet [4]) et Daniel [5]) ad eam corrigendam proponebant, fides ejus suspecta redditur. Oblatae quoque ab his methodi in eodem principio, nempe in thoracis, pulmonum et circuitus sanguinis mutationibus, quas gignit respiratio, versantur, — in eo autem interresse differunt auctores, quod prior solummodo praecipue discrimen ponderis specifici inter corpus et

---

1) *System der Staatsarzeneikunde.* Koenigsberg. 1805. *Abschnitt III. Kapitel V.* §. 309.

2) *Grundriss medic. gerichtl. Vorlesung.* Frankfurth a. M. 1802. §. 46.

3) Metzger l. c. §. 322. Schmidtmüller *Handbuch der Staatsarzneikunde.* Landshut 1804. §. 375. Ruland *von dem Einfluss der Staatsarzneikunde auf die Staats-Verwaltung* Rudolstadt 1806. §. 219 — 21.

4) Comment. medicin. in process. crimin. etc. Argent. 1787.

5) Daniel, l. c.

inter pulmones infantum jam respirantium, et eorum, qui nondum respirarunt, alter etiam ambitum pulmonum et thoracis magni aestimandum esse, censet. Quamvis uterque methodos veterum non ideo penitus antiquare, sed magis eas in casu ancipite supplere staduit, tamen illos ne huic quidem operi satisfecisse, disquisitiones Jaeger [1]) Hartmann [2]) et Schmitt [3]) satis affirmant

## §. 4.

Cum omnibus his methodis, quas rei illustrandae causa secuti sunt auctores, eae tantum, quae sensibus percipi possunt, commutationes fundamento sint, jam inde satis perspicue apparet, pulmonum docimasiam vel optime institutam non nisi vitam cum respiratione, seu ut Schmidtmüller dicit [4]) vitam absolutam post partum probare posse. Vitam spiritus expertem ejus disquisitio non attingit, tamen a medico physico dijudicandum est, non utrum infans neonatus respiraverit, sed an omnino vixerit: infanti enim non respiranti, pulsatione autem funiculi umbilicalis et artuum motu vitam prae se ferenti violentiam aut interfectionem inferre eodem jure facinus et caedes nuncupanda est, ac si infanti respiranti manum intuleris.

Inde sequitur primum *docimasiam pulmonum non certo arguere, infantem neonatum, etsi non respiraverit, tamen vixisse.* Licet Galenus: [5]) „In confesso est, inquiat, respirationem a vita, et vitam a respiratione separari non posse, adeo

---

1) *Salzburger medic. Zeitung* 1796. *Band III.* N. 56.

2) *Nordisches Archiv. Band II. St. II. No. III. übersetzt v.* Rudolphi.

3) *Neue Versuche und Erfahrungen über die* Plouquetsche *und* hydrostatische *Lungenprobe.* Wien 1806.

4) l. c. §. 373.

5) de loco affect. Libr. XI. Cap. V.

ıt vivens omnino spiret, et spirans omnino vi-ʼat;" cui etiam Zachias neque minus P. Cam-ıer [1]) assentiunt, Schreyer „foetum demum vi-ʼere, credat, quando in lucem editus, respirat;" [2]) Metzger [3]) vivere et respirare seu vesci aura unum demque esse, alio loco autem, se falsa docuisse ɪene sentiens, statum neonati non respirantis uctationem tantum inter vitam et mortem esse, ;ontendat; Schmidtmüller [4]) vitam et vitam ab-.olutam s. propriam discerni velit: facillime ta-nen falsa seu sophistica harum sententiarum in-elligere possumus. Plattneri dictum autem: „At-ɪue id ipsum est, quod contendimus: foetum sine piritu, etiamsi vel cordis vel membrorum motus ıliquis supersit, nullo pacto non animatum esse, ɪrgo nec vivum. Qualem etsi nemo dicat mor-uum, tamen qui vivum esse affirmant, manifesto ıbutuntur vocabuli ambiguitate. Quod et om-ıino vitiosum est, et prorsus non ferendum in ıac lubrica et per difficili quaestione. Nam ante ɪrimam aurae vitalis inspirationem vix infantis, ıedum infanticidii nomen conveniat" — [5]) so-ummodo gloriosa, tamen modum excedens hu-nanitas hujus viri praeclari excusare potest.

Vitam sine respiratione adesse posse, non so-um Bohn [6]) sed etiam facultas Wittebergensis 1684) quorum jam mentionem feci, probat, Teich-neyer praeterea: „fetus vivus interdum excludi-ur, inquit, antequam respiravit et aërem in pul-nones excepit, si, 1, illaesis involucris nascatur. Contingit toto fere die non tantum in partu bru-orum, ubi fere omnia animalia tunicis circumdata

---

1) *Abhandlung von den Kennzeichen des Lebens und Todes neugeborner Kinder.* Frankf. *und* Leipzig 1777. ıte *Abtheilung* pag. 76.
2) l. c. Pars II. pag. 500.
3) l. c. § 308 *und* 337.
4) l. c. §. 373.
5) Quaestiones medic. forens. XXIX Lips. 1809.
6) l. c. pag. 177.

excluduntur, sed in ipso humano. 2, Saepissime contingit infantem in laboribus partus debilitatum et ita lipothymicum redditum, post partum se habere ad aliqua momenta, ut mortuum. Hinc neque respirat, neque ullum indicium fere vitae in eodem deprehenditur." [1]) Nobis etiam quotidie paene infantes recens nati obviam feruntur, qui nimia debilitate et inanitione vis vitalis eo tempore, quo sunt editi, non statim spiritum ducunt. [2]) Cujus rei autem non rarius causa ponenda est in liquore amnii et muco tenaci cujuscunque originis, qui occupans et obstruens os, fauces et bronchia omnes respirandi conatus vanos reddit. [3]) Haud magis quam horum infantum qui motu artuum et pulsatione cordis arteriaeque umbilicalis certa vitae signa edunt, pulmones eorum natabunt, quibus omnino respirandi facultas ademta est, dum femina vel statim post partum infantem obturando ore seu naso suffocat strangulatve, vel parturiens aquam aut balneum intrat, et in eo partum ejicit et excludit. [4]) Quo jam elucet, casus forenses non raros occurrere, in quibus do-

---

1) Institut. medic. legal — de infanticidio. pag. 247. Jenae 1762.

2) Schmitt. l. c. pag. 9. *„Die Fälle, wo neugeborne Kinder oft eine geraume Zeit leben ohne zu athmen, sind so häufig und alltäglich daſs es unbegreiflich ist, wie* forensische *Schriftsteller unserer Zeit, deren Werke für klassisch gelten, noch solche Einseitigkeit verrathen können, und eine Wahrheit übersehen, die keine halbweg erfahrne Hebamme verkennt."*

„Osiander. Annalen *der Entbind. Lehranstalt zu Göttingen* 1801. *Bd. II. St.* 2. *S.* 238. *Bei einem todtschwach gebornen Kinde kann Herz- und Nabelarterien-Schlag oft Stunden lang fortdauern, ohne daſs es möglich ist, eine gleichförmige Circulation des Blutes durch die Lungen und regelmäſsige Athemzüge hervorzubringen."*

Büttner. *Vollständ. Anweisung einen Kindermord auszumitteln.* Königsb. 1771. §. 64. §. 67.

3) Ploucquet l. c. §. 132.

4) Kreſs. Comment. in C. C. C. art. 131. pag. 417. Hanov. 1736.

imasia pulmonum plerumque physicus non satis doctus omnes sibi oblatas interrogationes solvere equiat. Si Metzger (§. 332) infantes involucris ıclusos utero quidem ejectos, sed non natos esse ɔntendit, ei Roose [1]) quam optime respondit, anc distinctionem vanam esse, cum interfectio ujusmodi nati non minus, quam illius modo usiıto editi facinori adnumeranda sit.

§. 5.

Majoris et fortasse maximi momenti est ob-ɜrvatio altera, *quod pulmones vel eorum, qui on solum respirarunt, sed etiam clamarunt, subıergi possunt.* Quod factum defensores docinasiae pulmonum partim in suspicionem adducen ɜs non probant, partim omnino negant, quia e gibus physiologicis vagitus sine respiratione fieri on possit, et in respiratione semper aliqua poro aëris, quo aqua faciliores pulmones redduntır, in iis remanere oporteat. Tamen tot tamue varias observationes viri illustrissimi narrant, uae in dubium vocari non possunt: Zeller priıus a. 1691 talem casum forensem, [2]) paulo post tiam Mauchart, [3]) Torrez [4]) et Heister [5]) similɜs commemorant. Imo, infans, cujus Heister ıentionem injicit, per novem horas vivens non ɔlum artus movit, voceque tenui clamavit, sed tiam omnia ori illata devoravit, tamen ejus pulıones singuli et in frusta dissecti mox in aqua

---

1) l. c. §. 54.
2) Halleri disput. anatom. select. Vol. V. Dissert. quod ılmonum in aqua subsidentia infanticidas non absolvit, nec tortura liberat.
3) Ephemerid. N. C. centum I. Observat. 121.
4) Memoires presentés à l'Academie royale des sciences Paris. Tom. II. cf. Daniel l. c. S. 123.
5) De fallaci pulmonum infantum experimento. Helmst. 32.

fundum petierunt. Hisce factis paene oblitis Loder [1]) historiam anatomicam infantis praematuri qui confirmantibus fide dignis testibus per tredecim horarum spatium vitam egerat, repetitisque vicibus vagitum ediderat, scripsit, cujus pulmones in utroque cavo thoracis collapsos ex fusco-rubros, et plane similem speciem prae se ferentes, quae pulmonibus infantum, qui nondum auram communem hauserunt, propria esse solet, invenit. Iidem toti et in frusta secati in aqua communi fundum petebant, sub incisione non stridebant, conscissi et sub aqua digitis fortiter expressi aërem non exspumabant. Quamvis auctor ipse hunc casum apprime singularem et fere inauditum nominet, tamen Schmitt [2]) Osiander [3]) et Remer [4]) alios attulerunt. Omnium autem notatu dignissimum Schenk [5]) memoriae tradidit: Infans plane maturus, librarum sex cum dimidia ponderis, undeviginti pollicum longitudinis per quatuor dies vixit; modo leni modo clara voce clamavit, linctum Mannatum Vogleri et lac vaccinium vescendum sumsit, urinam et alvum misit, mammae quidem os admovens, respirationis autem debilis et imperfectae causa lactere non potuit. Postquam cadaver ejus apertum est, cavum thoracis planum, diaphragma convexum et late in illud eminens, sicut pulmones ad dorsi vertebrarum latera collapsi, colore fusco et structura densa — excepta duorum pollicum longitudinis et dimidii latitudinis lobi sinistri portione, quae colorem pallidiorem exserebat — respirationem nondum adfuisse docuerunt, quod idem in docimasia hy-

---

[1]) Pulmonum docimasia in dubium vocatur ex nova anatomica observatione. Jenae 1779.

[2]) l. c. S. 216.

[3]) *Goetting. Gelehrt. Anzeig.* 1809. *Bd. I. S.* 151.

[4]) *Zeitschrift für Staatsarzneikunde von Henke I. Heft. S.* 64. 1820.

[5]) *Hufeland und Himly Journ. der prakt. Heilkunde* 1809. *April. p.* 93.

drostatica firmantes, et una cum corde et abs-
e eo in aqua fundum petierunt; et sola illa
ia pallida superne aliquid tetendit. Majora
rum vasa sanguifera vacua et collapsa erant,
'amine ovali et ductu arterioso nondum clau-
.

Quibus narratis sat superque apparet, infan-
vel plures per dies respiratione imperfecta vi-
n ducere, et eorum pulmones ab iis, qui non-
m respirarunt, discerni non posse.

§. 6.

Haller jam ad hancce rem animum appli-
t, et ad eam explicandam clavem porrexit, cum:
o rectulerim, inquiat, eos foetus, quorum pul-
nes non natant, quia *parum* respirarunt;" — [1])
od Ploucquet accuratius interpretatur, sentiens aë-
n inspiratum in ramos majores tantum aspe-
arteriae non vero in ejus surculas et in pa-
ıchymatis ultimas cellulas deferre, et exspiratum
m glottidem transeat, crepitum talem edere
sse. [2]) Cui sententiae etiam Roose [3]) Schmidt-
ller [4]) Schmitt [5]) et alii accedunt.

Nihilo minus pulmones muco, pituita, indura-
ne scirrhosa seu aliis morbis respectu absoluti
nderis ita alienari possunt, ut quamvis aërem con-
eant, fundum in aquam dejecti petant. [6]) Metzger
idem id fieri posse omnino negat [7]) et meram
othesin esse censet, tamen hoc testimonio vi-

1) l. c. LVIII. Sect. IV. p. 28.
2) l. c. §. 128.
3) l. c.
4) l. c. 372.
5) l. c. §. 218.
6) *Henke in Horn's Archiv. I. Bd.* 1811. *S.* 439.
7) l. c. §. 335. et 341.

rorum celeberr. de Haen [1]) Morgagni [2]) Wrisberg [3]) Röderer [4]) quod observationibus Schmitt adhuc augetur [5]) probatur.

Porro docimasia pulmonum non certum argumentum dare potest, si ob debilitatem nimiam aut occlusionem mechanicam alter lobus tantum respirans extenditur, alter vero non. Pulmones perfecte aëre extenti, plane supra aquam natant, imperfecte extenti etiam imperfecte natant, i. e. aut paululum supernatant, aut pulmo pro altero aut denique quaedam portiones supernatant, quaedam submerguntur. Iam Craanen (1689): [6]) „Contingit, inquit, saepe, ut quamvis infans vivus nascatur, statim ejus pulmo totaliter aëre non infletur, sed secundum aliquam ejus partem, et quaedam pars, ad quam aër non pertingit, fundum petat in aqua dejecta;" — Petit [7]) praeterea dextrum pulmonem semper sinistrum in respirando antecedere affirmat, quod idem Portal [8]) quoque tuetur, documento arcessens differentiam bronchiorum ad dextrum et sinistrum pulmonem tendentium, eorumque situm aorta et ductu arterioso Botalli coarctatum. His omnibus vero, quam facile physicus, solum sequens pulmonum docimasiam falli et ad errores adduci possit, ad falsas conclusiones evitandas et ad experimentum illud in sua integritate servandum ipsi defensores ejus bene intelligentes cautelas et praecepta varia dederunt, quae si negligantur, omnia inde falsa, asseverunt, originem ducere argumenta. Verum etiamsi omnes has

---

1) Ratio medendi Tom. II. pag. 123. Tom. V. pag. 50. Tom. IX. p. 29.

2) de sedib. et caus. morbor. L. II. ep. XIX. art. 46.

3) Observ. et exper. ad docimas. pulm. §. 15.

4) de morbo mucoso. pag. 173.

5) l. c. p. 223.

6) Daniel. l. c. pag. 100.

7) Memoires de Paris 1733.

8) Memoires de Paris 1769. Daniel l. c. p. 145

telas adhibemus, solummodo pulmones, qui
[ue integri neque in frusta dissecti fundum pe-
t sed in medio vasis aqua inpleti aut in ejus
erficie natant, plus minus impletos esse aëris
ia, [1]) non autem respirationem adfuisse ex eo
igere licet, quia nil aliud hoc facto, quam
esentia aëris probatur, qui inflatus vel putre-
e pulmonum productus esse potest. [2])

§. 7.

Quo sequitur, pulmonum docimasiam etiam non
cere aut paralogisimata praebere in iis, qui ex
lo dictis statuendi sunt, casibus, ubi *vita et res-
tione partus nondum existente*, *pulmones na-*
. [3]) Putredo in pulmonibus orta jam dudum
eriam controversiae attulit, quia data a scrip-
ous et medicis allata maxime sibi repugnant.
Horn (1718) [4]) pulmones putrescentes nare
e omnino negat, quod etiam observationes
enstreit [5]) Teichmeyer [6]) ac Camper [7]) do-
, et nostris temporibus praecipue Metzger [8])
hmitt [9]) testantur; sed jam Boessel (1736) [10])
ntis paene putredine confecti pulmones, quam-
uscos et densos tamen totos et dissectos aquam
rnatare vidit, idem phaenomenon Fabricius

---

) *Haller. Vorlesung. über gericht. Arznei Wissen-*
*t Band II. Th. II. Kap.* 24. §. 2.
) *Horn's Archiv. l. c. p.* 441.
) *Haller* l. c. *Sicher ist es allerdings, daſs die Lun-*
*robe nicht entscheiden kann, wenn man sie zu einer*
*unternimmt, wenn das Kind bereits in Fäulniſs*
*egangen ist.*
) Daniel l. c. p. 111.
) Anthrop. forens. Sect. II. Membr. II. Cap. II
) l. c. p. 238.
) l. c. p. 62.
) l. c. §. 325.
) l. c. pag. 210.
) Comm. Lit. Norimb. a 1736. hebd. I. p. 3.

animadvertit, [1]) et Haller hoc maximo in grad- putredinis fieri posse, statuit. [2]) Baumer autem casus, quo etiam pulmones in minore gradu putredinis versantes natarunt, mentionem facit, [3]) quod et experimentis a Jaeger [4]) institutis, qui autem in omnibus pulmonibus natantibus, vesiculas aërem continentes, putredine ortas invenit, elucet; quocum Büttner [5]) et Frank [6]) auctoritas certat, qui eos et sine vesiculis natasse, memoriae prodiderunt.

Causam hujusce observationum differentiae Günther nuperrime haud absone hanc praedicasse videtur: [7]) pulmones putrescentes aqua non submerguntur, si putredo eum gradum assecuta est, ut inter certum temporis spatium gasa instar vesicularum aëris formentur, et sufficiens earum copia pulmonibus adnexa, eos specifice leviores reddat.

Etsi Camper, Roose et Metzger vel putredine jam exorta, pneumomantiam instituendam esse sentiant, hunc ad finem multas regulas et praecepta egregie afferentes, tamen, ni fallimur, magis praeferendum videtur ut Morgagni [8]) et Halleri [9]) dicta perpendamus, et suadente Schmidt-

---

1) *Sammlung med. Respons. S. 202 u. f.*

2) Elem. physiol. Tom. III. p. 279.

3) Act. philosoph. med. soc. acad. scient. Hass. 1771 p. 121.

4) D. de foet. rec. nat. jam in utero mort. et putridis Tübing. 1767.

5) *Vom Kindermorde No. 59 — 60.*

6) *Knape und Hecker's kritisches Jahrbuch der Staatsarzneikunde Bd. I. Th. II. S.* 306.

7) *Revision der Kriterien, welche sich die gericht. A. W. zur Entscheidung der Frage bedient, ob todtgefundne Kinder eines natürlichen oder gewaltsamen Todes gestorben sind. Köln* 1820.

8) de sedib. et caus. morb. ep. XIX. art. 45. „Cum ergo pulmonem haud bene constitutum sed putredine infectum deprehenderimus, etiamsi in aqua natet; non propterea foetum esse vivum editum, pronuntiabimus."

9) *Vorles. über gericht A. W. l. c.*

ller [1]) eos pulmones, in quibus dissectis vesi-
ae aëris animadvertuntur, non amplius ad do-
asiam pulmonum admittamus.

Quod attinet ad inflatum pulmonum, quo
ilius a matre aliove perfici potest, eo magis
ouem ejus habere necesse est. Mente adse-
non possumus, quomodo Röderer [2]) et He-
istreit eum impossibilem esse crediderint, cum
Bohn [3]) dicat: „adeo, ut in uno alterove
jecto hujusce pulmonibus non aeque prompte
cedat ejusmodi inflationis conatus, in plerisque
en, quia eam non frustra molimur, per illam
biguam reddi experimenti venditi auctoritatem
denter judicamus." Quod et Alberti, Teich-
yer, Büttner, Morgagni, Haller, Lieberkühn,
tzger, Roose, Schmitt, et omnes medici re-
tiores extra dubitationis aleam posuerunt.
res in eo vertitur, ut criteria, quibus pulmo-
extenti ab inflatis differant, investigemus, hy-
staticam nempe docimasiam hìc nil decernere
se, reapse elucet. Ad sibi aliam viam muni-
am Daniel et Ploucquet igitur methodos su-
proposuerunt, et inde etiam experimentum
*hemprobe*" nominatum originem duxit. Om-
illae mutationes et emendationes profectae
t e cognitione quod respiratio functio est vi-
s, cui non solum pulmones, sed etiam aliae
tes et organa, thorax totus cum costis et sterno
sculi intercostales, diaphragma et circuitus
e sanguinis adjuncta sunt. Cum itaque omnes
partes in statu vivo non modo non passive
potius active respirationis functionem adjuvent,
t mortem quoque restet in iis quidquam oportet,
d manifestet respirationem aut vitam ipsam
ecessisse. Quam parum autem in universum
uralis status differant phaenomena, quae post

1) l. c.
2) Daniel l. c. S. 131. Ploucquet l. c. §. 101.
3) l. c. p. 174.

mortem vulgo deprehendi solent ab illis, quae inflatione efficiuntur, sequens accuratior interpretatio omnium, quae praeter alios Metzger [1] de iis scripsit, doceat:

Primum scilicet inflatione, inquit, pulmones interdum non perfecte extenduntur. Jam vero observationes, quod respiratione naturali haud raro pulmones tantum imperfecte expanduntur, symptomatis fidem incertam reddunt, et praeterea Bohn, praecipue autem Schmitt, [2]) hujus experimenti successum a majori aut minori quam adhibuimus diligentia pendere autumnant.

2, Cavum thoracis non tantum pulmonum inflatione quam respiratione dilatatur. Praeterquam quod hoc objectum cum anteriore concidit, jam Roose [3]) differentias primitivas formationis observandas esse notat, et Schmitt [4]) experientiae extentionem pulmnoum non semper ei thoracis omnino respondere, manifestant.

3, In dissecandis pulmonibus inflatis crepitus non auditur. Quocum autem non solum theoremata physicae [5]) sed etiam experientiae [6]) certant.

4tum criterium, pulmones inflatos non sanguine impletos esse, si quidem non totius sanguinis effluxus mortis causa fuit, magis auctoris arbitrium inclinare videtur. Attamen vasa in neonatis vita post partum etiam nulla superstite aeque ac in vivis natis non plane vacua sunt; totius rei cardo in majore aut minore sanguinis vi haeret. [7]) Quomodo hoc autem expedire volu

---

1) l. c. §. 324.
2) l. c. p. 180. et seq.
3) l. c. §. 52.
4) l. c. p. 191.
5) Roose l. c. §. 52.
6) Schmitt l. c. p. 194.
7) Halleri Elem. physiol. Tom. VIII. Lib. XXIX. Sect. IV. §. 52. Boerhave Praelect. in instit. Vol. 2. p. 172. *Der dritte Theil von dem in die* art. pulmon. *getriebenen Blute geht wirklich in die Lungen des* foetus.

s? an quod Büttner docet, „ita ut prius di-sci et explorari debeat per autopsiam," an quod ucquet, bene illi respondens: „quoniam haec ıx sit," suadet, „ut num forte elutio sanguinis, sque collectio et exsiccatio certi quid demon-ret, exploremus." [1]) Ne verum utraque ratio an nimis difficilis sit, metuens jam Ploucquet :, experimentum „*Blutlungenprobe*" nominatum posuit, [2]) quo pulmones expendens, eorum umen et pondus absolutum sanguine in respi-do irruenti auctum eruere studuit. Vulgo n pulmonum et totius corporis pondere com-ato, illorum qui respirarunt, ad corpus ut 2 70, et eorum, qui nondum respirarunt, ut 1 70 se habere inveniens, hancce normam hy-ıeticam statuit, quam autem nihilominus ex-entia non probat; frequentissime enim pul-ıibus extra modum sanguine impletis, et paene ndatis caetera phaenomena, infantem aut im-ecte, aut etiam omnino non respirasse do-:. Hujusmodi casus haud raro oculis occur-t, si infantes propter diuturnam in genitalibus morationem, aut propter violentiam funiculo am, in partu ipso moriuntur, aut asphyctici ntur. [3]) Quod Röderes praeter alios duobus asibus visum hisce verbis notat: [4]) „Sectione ituta omnis sanguinis vis in thoracem coacta, ncephalo subtractum reperiebatur." Praeterea m pulmonum pondus pro portione reliqui cor-s maxime varium esse potest, respectu habito itionis, sexus et organorum ipsorum, quae lem omnia multum valent, ad pondus totius oris vel augendum vel imminuendum. Ex

1) l. c. §. 113.
2) *Loder's Journal für Chirurgie, Geburtshülfe und chtl. Arzneikunde B. III. St. 2. S.* 377. *und Plouc. l. c.*
3) Schmitt l. c. p. 200.
4) Ploucquet l. c. §. 132. p. 304.

his omnibus etiam discrimina, cum pulmones solummodo, pondere corporis praetermisso, pendere velimus explicanda sunt. Si taceam quantum mutari debeat eorum pondus, si pituita, liquore amnii, grumis sanguinis aut aliorum impleta sunt, huc accedit, quod novus sanguinis circuitus non e vestigio incipit, sed cum a respiratione pendeat, una cum ea eosdem progressus facere, et quo expedita et vehementior haec functio est, eo magis accelerari debet. Observationes Schmitt [1] satis perspicue illustrant, quod et jam analogia docet, non solum in iis infantibus, quorum respiratio variis ex causis impedita, sed etiam in quibus statim libera et expedita sit, quandam partem sanguinis adhuc per aliquot tempus veteres et nondum clausas vias, donec huic functioni organismus assueverit, legere. Unde apparet, pulmonum pondus infantum, qui mox post partum morte occubuerunt, non mirum quantum augeri posse: quod cum in iis qui clandestine nati et caesi sunt aut alio modo perierunt, ideoque prae ceteris obductione legali subjiciendi sunt, saepissime inveniatur, denuo fateri coacti sumus, physicum hoc ex fonte, qui per se quidem attrectari nequit, non sufficientia data haurire posse, quibus eget, si in hac re gravissima judicium categoricum laturus est.

5) Omnium horum signorum ad pulmones respirantes ab iis, qui nondum respirarunt, differendas fallacissimum color est; nam rubedinem instar cinnabaris, quam pulmonibus tantum respirantibus competere praedicant, [2]) etiam in inflatis inveniri jam probe constat. [3]) Ceterum facillime intelligi potest, hancce coloris mutationem,

---

1) l. c. p. 145.

2) Metzger l. c. §. 312. Schmidtmüller l. c. §. 366. Roose l. c. §. 47.

3) Schmitt l. c. p. 200 und 243.

nt gradus respirationis adsunt, percurrere de-
e, eosque praeterea tam multifarie corruscare
vibrare, ut oculus vel acutissimus et maxime
rcitatus tot variegationes et differentias cognos-
e recuset; quod multo difficilius est in pulmo-
us, quia nullum fere viscus in corpore hu-
no reperitur, cujus colores internis seu exter-
conditionibus tantopere vitientur. [1])

§. 8.

His omnibus, quae contra fidem docimasiae pul-
num commovimus argumenta, accedit denique
*quod infans jam ante partum et in partu ipso res-
are potest.* Pneumomantiae defensores cujusque
atis hoc argumentum amoliri satagentes non so-
n observationes veterum infantem in partu re-
rare posse, omnino negarunt, sed praecipue vagi-
n uterinum ipsum ut ineptum quidquam irrise-
nt. [2]) Hic pertinent praecipue Röderer, P. Cam-
Daniel, Meckel, Wrisberg, Gehler et Metzger,
hisce argumentis nituntur: 1) Quia nunquam
praxi medica ejusmodi quidquam iis obviam
um sit. 2) Phaenomenon hocce, infantes in
tu jam clamasse, deceptionibus tribuendam es-
cum obstetrices toto negotio sub lectus panno
ngentes, oculis non juvantibus ex iis solum,
ae auditu perceperint, judicium ferant. 3) Le-
physiologicas hoc non statuere, quia, quam-
n infantis truncus in genitalibus commoratur
que thorax neque abdomen, respirationem mul-
n participans, extendi, ideoque inspiratio succe-

---

1) Schmitt l. c. p. 242. *Dagegen findet man bei Kin-
n, die an einer Erstickung oder ähnlichem Zustande
rben, oft so dunkel gefärbte Lungen, daſs man auf
Nichtathmen zu schlieſsen versucht werden könne.*
2) *Metzger l. c.* §. 304. *u. Camper l. c. Abtheil. III.*

dere non possit. Quae quidem refutari videntur eo, quod praeter genitalium angustiam et funiculi umbilicalis implicationem alia quoque impedimenta esse possunt e. g. dolores deficientes, status vitiosus seu nimia latitudo humerorum, quae foetum jam capite excluso retinent. [1]) Tum etiam idem vult experientia celeberr. virorum. Haller: [2]) „Cum saepe puerperiis proxime adstiterim, inquit, saepissime audivi et credo, vulgo id fieri, esseque ex humani partus natura, vagire nempe foetum quam primum de vagina caput prodiit, sub vestibus matrem velantibus, et inter manus educentis obstetricis: vagire vero extemplo et fortiter. Non videtur adeo multum tempus requiri, ut sanus et robustus foetus pulmonem suum ad respirandum, et vocem edendam, aptum reddat. Non ergo penitus repugnare, posse ejusmodi foetum aliquo ab obtaculo, ut a latis humeris retentum ore suo deorsum in ostium verso, et respirare et vagire" — etiam William Hunter [3]) et Baudelocque [4]) concedunt, infantem priusquam totus excludatur, respirare posse. Itidem Le Roux [5]) Hagen [6]) Osiander [7]) Schmitt [8])

---

[1]) Schmitt l. c. p. 156.

[2]) Elem. physiol. l. c. §. 55.

[3]) *Ueber die Beweise des Kindermordes in der Sammlung auserlesener Abhandl. zum Gebr. pr. Aerzte Bd.* 9. *St.* 2. *S.* 211.

[4]) *Anleitung zur Entbindungskunst übers. v. Meckel. Bd. I.* §. 333.

[5]) *Beobachtungen über die Blutfl. der Wöchnerinnen. Leipz. u. Königsberg* 1789. *S.* 124.

[6]) *Erläuterung seines neuen Lehrgebäudes No.* 10. *S.* 157. *„Es war überaus merkwürdig, dafs nachdem der Kopf aus der Scheide hing, und die breiten Schultern einen kleinen Aufenthalt machten, das Kind so zu schreien anfing, dafs es alle Anwesende hörten."*

[7]) *Annalen der Entbindungslehranstalt zu Göttingen. Bd. I. St.* 1. *u. B. II. St.* 1. *u. Götting. gelehrt. Anzeig. v.* 1808.

[8]) *l. c. S.* 164.

Henke [1]) casus varios sibi oblatos enarrant. nnium autem praecipue memorandae sunt ob-vationes nuperrime ab Osiander communica-: [2]) *a*) partus humanus maturus vel praematu-, postquam caput vel natura ipsa adjuvante l arte adhibita paene e genitalibus exsertum , respirare et vagire potest, etsi corpus in iis ıs minus angustioribus adhuc haereat. Ani-ıdversiones duodecim hoc probant, *b*) in partu ficili infans capite tantum exclusus, forcipe non-m remoto, clamavit, *c*) novem exstant exempla, antes, capite jam edito, collo autem funiculo ıbilicali illigato, quandoque etiam arcte invo-o, respirasse et clamasse *d*) Duo infantes paulo st partum clamarunt, quamvis brachia et ma-s collum premebant, in aliis manus juxta vi-n apparebant.

His factis, quibus contradici non potest, ex-entibus, deductiones omnes physiologicae ab versariis promptae reapse evanescunt, neque utatione opus est, ad rem jam Teichmeyer no-ı extra dubitationem ponendam. [3])

Quod ad secundam quaestionem pertinet,

---

1) *Horn's Archiv. l. c. p.* 417.

2) *Henke's Zeitschrift für Staatsarzneikunde* 1820. *I. Heft. I. p.* 200.

3) l. c. p. 247. „Fieri potest, ut infans capite exclusus, equam totus excludatur respiraverit, statim vero, antequam quo corpore egressus fuerit, moriatur, et quidem absque ıtia matris. Haec est circumstantia non contemnenda et ledico non decidenda sed a judice in inquisitione investi-da. Beyerus hancce circumstantiam pro naturaliter im-sibile habet. Putat enim, quod excluso capite corpus re-um statim facillime absque mortis periculo subsequatur. um tamen hic celeberr. auctor fortassis non perpendit, d infans capite excluso, possit suffocari, vel funiculo um-cali eum strangulante, vel quando uterus et pudenda mu-ıa externa constringuntur circum collum infantis. Ita duplici causa foetus, capite excluso, et qui semel respira-pulmones aëre replevit, suffocatur in partu, ante exclu-em totius corporis."

an infans jam ante partum penitus utero inclusus respirare et vagire possit, quod proprie nominatur vagitus uterinus, prae ceteris Camper, Daniel et Metzger rem omnino absurdam dicunt. Roose hac de re disserit: infantem tunicis ruptis et liquore amnii jam effuso, capite ita jacente ut aërem per vaginam irruentem recipere possit, respirare et vagire neutiquam nego, tamen huic obsistit, partim quod uterus foetum curvatum tam arcte complectitur, ut thorax ad respirationem non satis extendi possit, partim quia in nondum nato infante absunt conditiones, quibus extra uterum ad respirationem excitatur — neque ullum exemplum fide dignum hujusce phaenomenis adest. [1]) Quod omnia a Schmidtmüller [2]) ad verbum confirmata experientiae ipsi, quae plus quam omnia physiologiae argumenta veresimilia valet, minime congruere observationes illustr. virorum manifestant. Ex veteris jam B. Idema, Crosser et Gorter acriter defendunt foetum cum in vagina tum in utero ipso clamare et vagire posse, et se ipsos hoc audivisse, affirmant, [3]) porro Needham historiam mulieris honoratae e Chestershire, quae cum parturiret, infantis nondum editi clarum vagitum auditum esse, narrat: [4]) neque copiosae Bohn, Sennert, Times et Boyle experientiae idem comprobantes desiderantur, [5]) quod quoque illustr. Haller hisce verbis statuit. [6])

„Vagitus uterini, si vero aliquando sunt exauditi videntur peculiarem poscere casum, in quo membranae quidem ruptae sint, quod non infrequenter ante partum fit, et perpetuum est in partu longo et laborioso in cujus principio aquae ef-

---

1) l. c. p. 50.
2) l. c. §. 369.
3) Halleri Element. physiol. Tom. VIII. p. 400. not.
4) De foetu formatu 1667.
5) l. c. p. 450. Camper III. Abth. p. 41.
6) l. c. p. 402.

erunt, et in quo nihilo secius aliquot post s foetus adhuc vitalis sequitur. Si aëri modo essus datus fuerit et praeterea caput eo modo versum, ut aërem de vagina habere potuerit, sit demum dari et foetum respirare et vagi- — et judiciis Röderer [1]) Baudelocque, [2]) ac mitt [3]) perspicuum redditur.

Praetermissis nonnullis obductionum historiis mitt [4]) et Osiander [5]) qui natatione pulmo- n infantum in versione mortem subeuntium, s superque evincere arbitrabantur, eos in utero respirasse, res etiam certior fieri videtur ob- vationibus D. Ficker, qui refert foetum doloris m femur in versione fractum ei movebat certa a vagitu edidisse, [6]) et Wigand [7]) qui idem ertus est. Etsi multis scriptoribus ex his ex- lis id tantum fluere videatur [8]) ut foetus non

---

1) *Anfangsgründe d. Geburtshülfe mit Anmerk. v. k, übers. v. Henkenius. Jena* 1793. §. 606. *„Wenn einer Fufsgeburt der Kopf nicht gleich folgen will, oll der Geburtshelfer, um das Kind zu erhalten, mit en Fingern der in den* uterus *gebrachten Hand den d des Kindes von Schleim reinigen, uud durch Rei- des Rachens das Athmen in Gang zu bringen su- "*

2) *l. c. Bd. I. S.* 592. *„Wo die Entwickelung des s Schwierigkeiten macht, mufs man den Mund des des nach der äufsern Schaam hinrichten, um den Zu- der Luft zu erleichtern, und das Leben des Kindes hs Athem zu fristen, wie Verf. oft* mit gutem *olge gethan hat."* —

3) l. c. S. 171.

4) l. c. p. 173.

5) *Goett. Gelehrt. Anzeig.* 1809. *Bd. I. S.* 150.

6) *Beiträge zur Arznei-Wissenschaft Heft* 2. *S.* 123. *burg. med. chir. Zeitung* 1804. *Bd. I. S.* 239. *Eben-* 1810. *No.* 44.

7) *Hamburgsches Magazin für Geburtshülfe. v. Gum- ht u. Wigand.* 1807. *St. I.*

8) *Neues Archiv des Kriminal-Rechts v. Kleinschrod, opack und Mittermayer. Bd. I. St.* 3. *S.* 442 *u. s. f. buch für die Preufs. Gesetzgebung u. s. w. v. Kamptz. XIV. S.* 199.

nisi violentia illata vagiat, tamen Osiander hanc quoque dubitationem refellit, haecce injiciens: Partus utero adhuc inclusus, liquore amnii effuso, visceribus matris vehementer dolentibus, tam perspicue clamavit, ut praesentium coetus subscriptis nominibus testimonium dare non dubitarent. [1])

Quo evidenter elucet, tot maculis inquinatam docimasiam pulmonum hydrostaticam, neque Galenicam antiquam, neque recentiorem, etsi maxima licet cum diligentia eam instituas, minime ita esse comparatam ut omnibus, quae ab ea desiderantur, respondeat.

Vitiis illis, quae certe nemini possunt negari quaeque hoc libello detegere conatus sum, probus quisque et religiosus medicus moneri saltem patietur, ne experimento tam fraudulento nimium confidens, praepropere maximae gravitatis judicium ferat. Quis e contrario tanta esse poterit impietate, qui expositis omnibus his difficultatibus judicio certo pronunciando sese imparem fateri spernat, et ne scientiae honori noceatur sententiam certam etsi principiis incertis superstructam potiorem credat? Quis ita cogitet, qui recordatur, quot quantisque erroribus in foro aliisque injuriis talis incuria ansam praebere possit.

---

Dum hanc disputationunculam conscribo, Berndt in universitate Vindobonensi professor novam adhuc methodum pulmonum hydrostaticam docimasiam instituendi commendavit. [2]) Ejus experimentum in eo nititur, quod jam Daniel et

---

[1]) *Henke's Zeitschrift d. Staatsarzneikunde* 1820. *I. Jahrg. I. Heft. p.* 202.

[2]) *Vorschlag zu einer neuen hydrost. Lungenprobe von Berndt. Wien* 1821.

ucquet pridem perspicuum fecerunt, ponderis
rifici attenuationem non unicam esse mutatio-
ı, quam pulmones sub respiratione patiuntur,
etiam ponderis absoluti et volumis augmen-
ı respirationis ejusdem dignitatis esse effectus.
vero tam volumen quam pondus pulmonum
tum et imminutum accuratissime investigari et
erminari possit, requiri, ne experimentum in
trio sed in vase ad hunc usum destinato et ex
ustria praeparato, non cum libita sed definita
ntitate aquae, simulque congruae adhibeatur;
n praeterea in hoc posita sint omnia, ut experi-
ıtum in columna aquae mobilissima instituatur,
eligatur, necesse est, undique aequabile, sat pro-
dum, ovale et ita spatiosum, ut pulmones immo
voluminosiores infantis maturi libere valeant
fundum petere vel mergere aut emergere, et
istud ita instructum determinata quantitate
ae pluvialis seu nivealis et hac deficiente, aquae
illatae repleatur. Ut vas ad usum forensem
stituatur, pulmones ab infante septem, octo et
em mensium, a puero et puella, et denique
iis, qui nondum, qui imperfecte et qui per-
e respirarunt, et quidem ad maximam quanti-
n aquae ex sede dimovendam junctim cum
e, rite ligatis arteriis et venis adhibendi et
es mutationes aquae lineis et signis notandi
. Ex diversa summae aquae statione, quam
illud accurate metiatur, cetera omnia, quae in
icina forensi sciscitari maxime intersit, deri-
la esse, auctor existimat. [1])

Quamvis ipse hance viam et rationem „abs-
apparatu molesto et a omni fallacia tutam"
inet, id tantum memorare velim, quod pri-
ı illud descriptione ipsa apparatus, alterum
ıs confessione retunditur, eam in duobus ca-

---

) *Das Nähere in seiner angeführten Schrift p. 40.*
*f.*

sibus 1, si vivus foetus sub irritis respirandi conatibus occubuerit, et 2, si utero adhuc inclusus aut solo capite apparens, respiraverit et partu nondum finito exspiraverit, non locum invenire. Quantumvis quidem auctor haec vitia excusare studeat, tamen tum casus primus, ut jam antea explicavi, frequentissime obvius, tum etiam secundus ad experimentum irritum reddendum sane majoris momenti aestimiandus est quam ille in fine libelli sui eum facit. Praeterea solum ad ea, ut paucis defungar, quae de experimento a Ploucquet proposito dixi, ablego. Si omnes jam nominatas differentias individuales rationis ponderis absoluti et voluminis, aetate, sexu, nutritione, causis mortis, praecipue vacuatione sanguinis productas negligimus, jam organicae strictis legibus non coercitae naturae libertas, quae symmetria ceteroquin salva, typum primitivum in singulis formationibus et infantum et adultorum induit, nos hac ratione ad veritatem propius accedere vetat. [1])

---

[1]) Schmitt l. c. p. 143. „*Es giebt kleine und große Lungen, so wie es kleine und große Nasen giebt.*

# CURRICULUM VITAE

## EX DECRETO

## RATIOSAE FACULTATIS MEDICAE

## ADIECTUM.

go Theodorus Godofredus Klokow ante diem
Ium Februarii MDCCXCVIII Schirwindti
iuaniae oppido natus, primis litterarum ele-
itis in cel. Hassenstein, quod tunc temporis
imo in flore versabatur, instituto, per sex an-
eruditus sum. Pater, quo gaudeo optimo,
iere judicis forensis functus, adhuc salvus et
lumis mihi est, matris autem dilectissimae
ba et praematura mors anno MDCCCXI sem-
pii et justi luctus erit causa. Utriusque pa-
is amor et in educando diligentia, quam
is exprimere nequeo, me in Gymnasio Til-
i magis litteris excolendum curavit. Hic per qua-
nnium, commemoratnm, linguis tam veteribus
n recentioribus, et ceteris scientiis, quarum
iitionem cultura animi jure postulat, imbutum
is prima excepit.
Anno MDCCCXIV Berolinum petii et per
em semestria percipiendis medicinae atque
irgiae disciplinis omni studio et assiduitate
ledidi, praeterque publicas, hisce lectionibus
itis interfui:

Beati Kiesewetter de Hodegetice, Mathesi Logice et Ethice, cel. Heyne de Botanice et cel. Lichtenstein de Zoologia. Anatomiam universam, Encyclopaediam medicam docuit illustr. Rudolphi, Osteologiam, Syndesmologiam, Splanchnologiam, Medicinam forensem et artem formulas concinnandi exp. Knape, quibus ducibus etiam in arte cadaverum rite dissecandorum me exercui, Physiologiam illustr. Rudolphi, illustr. de Koenen et cel. Osann, Chemiam, Physicen et Pharmaciam cel. Turte, Materiam medicam illustr. de Koenen et cel. Osann. Frequentavi deinde praelectiones cel. Hufeland jun. de Semiotice, Pathologia generali, Therapia tam generali quam speciali, exp. Horn de pathologia speciali et de doctrina cogn. et curand. morborum syphilitic. illustr. Formey de Therapia morbor. acutorum, et perill. C. G. Hufeland de Therapia speciali, cujusque auspiciis clinici medici fui sodalis. Chirurgiam generalem, et doctrinam de morb. ossium mechanicis cel. Kluge, artem obstetriciam ill. de Siebold et cel. Kluge, quorum exercitationibus clinicis haud defui, artem fascias rite adligandi, et doctrinam de operationibus chirurgic. exp. Mursinna, Chirurgiam generalem et specialem, morbos ossium dynamicos illustr. Graefe, rationem operationum chirurg. illustr. Graefe et illustr. Rust, quorum clinico ophthalmiatrico - chirurgico etiam interfui, docuerunt.

Cursu absoluto per quatuordecim menses in caritatis nosocomio Berolinensi excercitationibus utriusque medicinae practicis operam navavi, tunc per biennium munere Chirurgi militaris Regiomonti functus praelectionum cel. Unger, Burdach et Henne particeps fui. Deinde mense Aprilis ad hanc celeberrimam musarum sedem redux pro viribus incumbens studiis, anatomiam comparatam illustr. Rudolphi et clinicum ophthalmologico - chirurgicum illustr. Graefe adhuc frequentavi. Quorum virorum in me collocata be-

ıefica grata piaque agnoso mente, quantumque is debeam, nunquam e memoria perdam.

Tentamine die vicesimo septimo Septembris xamine vero rigoroso die primo Octobris absoutis spero fore ut Gratiosa Facultas medica summos in utraque medicina honores benevole mihi mpertiat.

## *THESES DEFENDENDAE.*

*I.*

*Acarus exulcerans scabiei non est causa.*

*II.*

*Vermes intestinales generatione spontanea producuntur.*

*III.*

*Febris hectica non pure in sanguinem recepto oritur.*

*IV.*

*In solvendis herniis cruralibus incarceratis extensio incisioni praeferenda est.*